

Vide etiam actum, utrumque una sententia debet terminari. Sed licet in pronuntiatione sit possessio pramittenda, in executione tamen debet proprietatis prevalere.

VII. IDEM Veronen. Episcopo. [c. an. 1205. Romam in Dalmatiam.]

Adjudicatur illi beneficium, qui probavit Collatorem suum fuisse in possessione conferendi collationis tempore: per hoc tamen non prohibetur succumbens agere de proprietate juris conferendi cum ipso Collatore. Hoc vult tota litera.

Um olim x questio, qua inter Archidiaconum ex una parte, & Archipresbyterum & Canonicos Vincentinae Ecclesiae ex altera: Et infra. Quoniam per attestaciones nobis conficit eviderit, quod ab Episcopis Vincen. Archidiaconatus ipse sine reclamacione aliqua Canonicorum, duobus Archidia. continet (qui ante ipsum extierant) fuerat assignatus: & quia Canonici predicti, Judices recitare minime debuerunt, cum causa predictis iudicibus fuisset delegata, de utriusque partis procuratorum assensu, praedictum Archidiaconatum eidem per definitivam sententiam adjudicare curavimus: Canonici Vincen. perpetuum silentium imponentes: reservata tamen eis quaestione proprietatis super collatione Archidiaconatus ipsius, si forte super hoc contendere voluerint adversus Episcopum Vincen. cum res inter alios acta, non debeat eis praedictum generare.

P. 17. 15 Adjudicatur illi beneficium. Ex 4. Col. licti. sub tit. de offic. Delegat. cap. 1.

VIII. HONORIUS III. Abbati sancti Cypriani 17 Torcel. diocesis, & 18 S. Mariae novae de Venetiis 19. [c. an. 1220. Romam in Lombardia.]

Si petens rem ex una causa succumbit, ex alia causa petere poterit. Hoc dicit quoad literam. Vel sic: Petenti rem iure dominii, possessionem probare non sufficit. Hoc dicit, quoad titulum.

IN causa, qua inter Patriarcham Granden. 20 ex una parte, & Abbatem & Conventum Monasterii sancti Gregorii de Venetiis 21, super subiectione ipsius Monasterii, ex altera vertebatur; invenimus pro eodem Patriarcha probatum, quod inter alia Abbas quandoque ivit ad eius Synodum, l. fol. Venetorum ei per plures annos exolvens: Et infra. Ad haec cum de praemissis l. fol. quos petit ad subiectionis iudicium, a Patriarcha sit actum per sententiam definitivam, quam super hoc contrariam reportavit: ei non admittimus (si alio iure de ipis experiri voluerit) potestatem.

Probatum vero pro Episcopo invenitur, quod eiusdem Monasterii confirmavit Abbatem, qui eidem obedientiam & reverentiam impulerent. Abbatem etiam eiusdem Monasterii ad Synodum venientem Episcopi, & idem ad exequis innotuit recipiebatur processionaliter cum solemnitate praedicta; ac similiter innotuit in festo sancti Georgii procerationem recipere ibidem quem in barba sua in festo Purificationis beatae Virginis conducebant. Cum autem in his primis possessione egerint Patriarcha & Episcopus 22 memorati, nos eos ad possessionem vel quasi restitutionem praedictorum: quia hinc inde petitorio rixionum actum fuit, & utraque pars totum ius suum videretur in iudicium deduxisse. Nos visis praedictis n. privilegii Monasterii ipsorum de s. n. con. libentem esse decrevimus, & immediate ad Rom. Eccl. pertinere. Illud in praemissis qua iurisdictionem & subiectionem respiciunt ab inspectione dictorum Patriarchae & Episcopi abdicantes, non obstante possessione circa praedicta probata, cum non dicerent se tanto tempore ita percepisse, quod per hoc libertatis privilegii fuerit derogatum. Reversamus tamen Episcopo praedicti quae sibi circa Christina, oleum sanctum, ordinationes Clericorum, & quaedam alia qua in istis privilegii specialiter reservantur.

P. 17. 17 Sancti Cypriani. Cypriani de Mauriano, Ordinis S. Bened. 18. & Abbati. 19 De Venetiis. Addit V. C. & Prioribus. 20 Granden. Gradan. Addit V. C. & Episcopum Castellana.

DE RESTITUTIONE SPOLIATORUM. TITULUS XIII.

I. GREGORIUS IX. S. Episcopo Constantinopoli. [c. an. 1232. Romam in Thraciam.]

Adversus restitutionem petentem, non est audiendus verus de proprietate opponens, nisi actor consentiente.

L. 1. cap. 7. eod. tit. in 1. Compil. Philagrius. al. Philagrius. c. in C. Bart. ab Ecclesia vestra.

dictum campum ejusdem Ecclesiae juris esse, inquire veritatem: & si hoc probatum fuerit, huic dicendum est, ut a sua intentione discedat. Alioquin res ei ablata reddatur. P. 17. 1. Episcopo Constantinopoli. Constantio Mediolanensi Episcopo. De quo & in cap. 4. infra. de censib. quod cum hoc conjungendum.

II. ALEXANDER III. Vigoren. Episcopo. [c. an. 1180. Romam in Angliam.]

Petenti restitutionem beneficii, non obstat renunciatio facta post spoliationem, quia praesumitur non spontanea. Et seriosè addidi, quia praesumitur non spontanea, quoniam etsi probaretur spontanea, deberet ob stare talis exceptio, vel renunciatio in beneficiis.

Solicite cures 4 perquirere, quo tempore H. renunciavit Ecclesiae: & si tibi constiterit cum spoliatum, cum eidem Ecclesiae renunciavit, contra eum testes alterius partis, de juramento, & renunciacione sponte facta (antequam restitutus fuerit) non admittas: quia non est verisimile, quod sponte juri suo renunciaverit, qui renunciavit spoliatum. Sed testes ejusdem H. quibus intendit se probare, quod violenter praedicta Ecclesia fuerit spoliatum (dummodo idonei sint) recipere non possunt.

P. 17. 3. Antequam restitutus fuerit, non admittas. B. Bernardus. epist. 126. Quis unquam spoliatum causam ingreditur? nec leges proferat cogunt, nec canones. Vide A. August. in cap. 3. de dol. & contrum. Collect. 1. lib. 2.

III. IDEM 4. [c. an. 1180. Romam.]

Petenti restitutionem beneficii non auditur, etiam si spoliationem probat, si probatur eum sponte illud beneficium prius resignasse.

Accepta 6 quaestio P. Clerici (quod violenter fuerat Ecclesia spoliatum) vobis dedimus in mandatis, ut si hoc constaret, eam tibi restitui faceretis. Quo cognito, responsum est ab adversario, id non debere proficere, eo quod spontanea voluntate eorum Eboracen. Archiepiscopo Apoll. Se. Leg. praescriptam Ecclesiam 1 abjurasset: [Et infra a.] Mandamus, quatenus si vobis constiterit, quod praefatus P. nullo metu vel vi coactus, sed spontaneè 8 praebitam Ecclesiam taliter abjuraverit; ei super hoc perpetuum silentium imponatis.

Quia vero non scripsimus idiotis, sed discretis personis, & nostrum est discernere quod ratio dicit; praesentium auctoritate dist. n. P. 17. 4. Idem. Decano Lincolnien., & Abbati de Rivalis. Siebert. 1131. Rhiwallae Eboracen. diocesis Bale. 208. 213. Camden. 420. Ecclesiam abjurasset. Ante spoliationem scilicet, ut & in cap. 2. eod. tit. in 2. Collect.

IV. IDEM Vigoren. Episcopo, & Ellen. Archid. [c. an. 1180. Romam in Angliam.]

In interdicto de retinenda succumbit reus ipsius abjuracione probata. Hoc dicit quoad titulum.

Audita querela T. Clerici 6 quod H. persona Ecclesiae de Sander 7, ipsum super Ecclesia sua de Pelen. 18 in debite molestaret, London. Episcopo, & tibi (sibi Archid.) dedimus in mandatis, ut si vobis constaret, quod praedictus H. alterius Ecclesiae personatum haberet, vel juramento spontaneè praescripto, firmaverit se memorato T. 2 super eadem Ecclesia questionem de cetero non moturum, ab eius molestia super hoc competeretis eundem: [Et infra a.] Cum vero vobis plenius constisset dictum H. non solum Ecclesiae alterius personatum habere, sed etiam spontanea voluntate Ecclesiam de Pelen. in perpetuum abjurasse, prohibuistis eidem ne dictum T. super hoc de cetero molestaret. Licet autem nuncius ejusdem H. posteriores literas impetraverit, formam aliam continentes, quod non obstantibus literis a parte altera impetratis, revocari deberet, si quid immutatum esset in causa, postquam idem nuncius iter ad nos arripuerit veniendi: quia tamen non intelleximus, nec intelligi debuit ut revocaretur, quod per vos factum esset auctoritate literarum nostrarum; sed si quid praesumptione vel violentia 11 immutatum esset: Mandamus, quatenus sententiam, quam protulit ante posteriorum literarum receptionem; occasione ipsarum nullatenus revocare tentetis: & si contra sententiam ipsam aliquid statuerit, studeatis id sublatum app. obstaculo revocare. Si vero post receptionem sequentium literarum sententia lata fuerit, ea non obstante, juxta tenorem ipsarum appel. postposita procedatis.

Postmodum vero nuncius praefat. H. ad praesentiam nostram accedens constanti nobis assertione proposuit, quod per violentiam idem H. eadem Ecclesia spoliatum fuerit, & ita ad vos nostras literas impetravit, ut si constaret vobis veritate cognita, ipsam H. spoliatum esse, cum idem renunciaverit Ecclesiae 9, contra eum testes alterius partis de juramento & renunciacione spontaneè facta nullatenus reciperetis, sed testes potius H. quibus intendebat posse probare quod violenter praed. Ecclesia spoliatum fuerit, dummodo sint idonei, non differatis recipere, & secundum eorum depositiones vel demonstraciones & rationes & allegaciones hinc-

Post Conc. Lateran. sub Alex. III. p. 22. c. 5. c. 5. eod. tit. in 1. Compil. Anton. Gabr. comm. concl. tit. de rest. spol.

Post Conc. Lat. 2. c. 2. c. 2. eod. tit. in 1. Compil.

L. si quis vi. ff. de acq. poss. l. sed spontanea voluntate.

Post Conc. Lat. 2. p. 22. c. 4. c. 4. eod. tit. in 1. Compil. al. Pelenen. Ita super ea de causa: in multis antiq.

11 innovatum.

tunde productus in causa ipsa app. re. quod justum est iudicetis, non obstantibus literis nostris, si qua alia ab alterutra parte impetrata fuissent, aut formam quam expressimus in alitis literis super hoc impetratis. Adimus insuper quod si super causa ipsa aliquid esset mutatum postquam nuncius praedicti H. tunc iter arripuit ad nostram praesentiam veniendi, totam causam ante ingressum principalis causae contradidit. Et appel. cess. in eum statum reduceretis, in quo fuisse dignoscitur cum nuncius praedicti H. esset iter ipsum aggressus, nisi forte interim idem H. cum altera parte spontanea voluntate postet super Ecclesia ipsa convenire. Nunc autem ex literis praedicti Episcopi, & titis, fil. Archid. nobis innuit quod vos priorum literarum tenorem secuti, partes debita solemnitate citavistis. P. 17. 6. Clerici. V. C. addit, Karillimi in Christo filii nostri illustris Scotorum Regis. 7 de Sander. de Sandeta. 8 Pelen. Perlen. 9 Renunciaverit Ecclesia. supra. cap. 2.

V. IDEM Brixien. 10 Episcopo. [c. an. 1180. Romam in Lombardia.]

Petenti restitutionem beneficii, quaestio institutionis non canonice reservi non potest.

IN literis 11 tuis: Et infra. Super illa quaestione, videlicet cum quis dicit se de possessione violenter ejectionem, & adversarius dicit eum non fuisse canonice institutum: respondemus prius de violenta ejectione, quam de canonica institutione agi debere; quia prae dicit etiam est secundum rigorem juris restituendus 11.

P. 17. 10 Brixien. Episcopo. Lexovien. al. Hucien. si five Brixien. forte Exoniens. Episcopo. Bartholomei Exoniens. Episcopi meminit Vveitmon. pag. 46. nisi quis malit, Idem Lexovien. Junge cap. 9. sup. de offic. delegat. 11 Secundum rigorem juris restituendus. L. 1. §. qui à me, ff. unde vi. L. ult. ff. de acquir. poss. L. 10. C. de donat. inter vir. & uxov.

VI. IDEM Exonen. 12 Episcopo. [c. an. 1180. Romam in Angliam.]

Non obstat exceptio criminis agenti interdicto Unde vi: vel, Quod vi aut clam.

Item cum quis 12 dicit se de possessione violenter ejectionem, vel adversarium clam possessionem intrasse, & adversarius ei crimen objicit, ut eum à sua intentione repellat: non occurrit nobis, quod illius objectio admitti debeat 13, vel principalis causa propter hoc executo retardari: quoniam criminaliter adversus eum ante restitutionem agere non potest, cum praesertim ejus existeret inimicus. P. 17. 12 Exonen. Episcopo. Lexovien. Episcopo, seu Brixien.

VII. IDEM Cantua. Archiepiscopo. [c. an. 1160. Romam in Angliam.]

Spoliatus etiam à Judice juris ordine praetermissio, ante omnia restituitur.

Conquerente 1 nobis Renaldo Clerico accepimus, quod inquit Ecclesia de Vvefort 13 sine iudicio spoliatum. Quia vero jam non deest honestatem tuam Clericus tuae jurisdictionis sine manifesta causa & rationabili suis beneficiis spoliare, quibus tenetur paterna provisione consulere: mandamus, quatenus, si est ita, praedicto Clerico praefatam Ecclesiam cum redditibus inde perceptis 14 restituas, & in pace eam possidere permittas. Restitutio autem facta, si quid adversus eum super praescripta Ecclesia proponere volueris, coram Exon. Episcopo delegato à nobis, per te, vel per sufficientem responsalem tuum, cum eodem R. ordine iudicario poteris experiri.

P. 17. 13 Ecclesia de Vvefort. Ainesford. Math. Paris pag. 133. 14 Inde perceptis. 15 Quo ille percipere potuit ex eo die quo spoliatum est. L. 4. Unde vi, & cap. 11. inf.

VIII. IDEM Ambian. & Belvacens. Episcopis. [c. an. 1160. Romam in Galliam.]

Restituitur conjux viro probanti desponsationem & copulam, & de ipsius impunitate caventi, nisi magna sit viri scortia.

EX transmisit 2 nobis: [Et infra a.] Mandamus, quatenus si vobis constiterit, quod praefata mulier praedicto militi legitime desponsata fuisset, & ab eo cognita; ipsam ei restitui faciatis, recepta tamen sufficienti cautione, quod illi non debeat aliquid malum inferre. Si autem capitali odio 15 ita mulierem vir persequitur, quod merito de iplo diffidat, alicui probae & honestae mulieri ulque ad causae decisionem custodiendam studiosius committatur, in loco ubi vir vel parentes ejus mulieri nullam possint violentiam 16 inferre. 17 Quia vobis de veritate constare non potuit, causam experientia vestra duximus committendam. F. v. p. a. f. P. 17. 15 Si autem capitali odio &c. Vide cap. 14. inf. de sponsal. & l. 3. §. ult. ff. de lib. exhib.

IX. IDEM Exon. Ep. & Abb. de Herford. 16 [c. an. 1160. Romam in Angliam.]

Per solutionem pensionis rei donatae factam donatario cum

autoritate donatoris, acquiritur illi donatario rei donatae possessio: adeo, quod si ab illa expellitur, per interdictum recuperanda agere poterit.

Um venisset 2 ad nos B. Canonicus sanctae Trinitatis 7 de Haful 17 à suo Priore & Capitulo destinatus, in audientia nostra proposuit, quod cum Eboracen. Archiepiscopus Ecclesiam de N. eis concessisset 18, & per scriptum proprium confirmasset, ita quod post decessum G. 19 Clerici (qui praefatam Ecclesiam tunc retinebat) usus eorum omnibus modis proficeret 20, & interim auctoritate ipsius 20 Archiepiscopi idem G. ipsis Canonicis annuum solveret pensionem: [Et infra a.] Respondemus, quod si praefati Canonici, de praedicta Ecclesia auctoritate ejusdem Archiepiscopi, vivente Clerico, perceperunt annuam pensionem; eo mortuo, quamvis auctoritate ejusdem Archiepiscopi non qualierunt, viciosè tamen non sunt possessionem ingressi: cum (sicut cautum est 21) & is possideat, cujus nomine possidetur.

Nos postmodum etiam ipsam concessionem scripto ipsius Archid. diligenter inspecto, auctoritate Ap. duximus confirmandam. Mortuo autem praefato Clerico, jam dicti Canonici, licet per ipsum Archiepiscopum non fuissent in possessionem Ecclesiae praedictae induci, tamen de concessionem & confirmationem nostram plurimum confidentes, Ecclesiam ipsam, ne à quodam Clerico turbaretur qui eos super eadem Ecclesia molebatur fatigare, sunt ingressi; & tam contra ipsum Archid. à quo gravari timebant, quam contra praesentem Clericum ad n. audientiam appellaverunt. Ipsis vero per duos de fratribus suis appellationem factam prosequentibus sepelitus Archidiaconus bladum & omnia bona Ecclesiae, quae praefatus G. Clericus suus moriens ibidem reliquit, fecit, quod vix credere possumus, inuis praedictis Canonici asportari: Et infra. Magister vero M. & A. nuncii ejusdem Archidiaconi, qui praesentes aderant, ipsum super bis instanter excusaverunt, & adiecerunt Archid. jam praedicti per praefatos Canonicos gravem injuriam irrogatam. Quia si ab ipso literas concessionis habuissent, ipsius auct. postmodum contempta, per seipos in possessionem ingredi 22 non deberent. Nos itaque P. 17. 16 Herford. Fordiens. 17 Haful. Barlen. seu Barel. 18 Eis concessisset. Capitulo concessisset. Vide c. 4. inf. de donat. 19 Post decessum G. Addit V. C. de Pontino. 20 Auctoritate ipsius Archiepiscopi. Addit V. C. qui eandem ante pensionem G. praefabat: vel certe consensu ipsius G. accedente; alioquin enim obligari de novo invitus non potuit. Cap. prohibemus, inf. de censib. 21 Sicut cautum est. L. quod meo, ff. de acquir. poss. 22 Per seipos in possessionem ingressi. Cap. Pastoralis, inf. de privileg. l. iudi, ff. de acquir. poss.

Cap. 4. eod. tit. in 11. Compil. al. Batillis. al. Barel. al. Barelis. 2. al. praticret.

X. LUCIUS III. G. Archidiacono, & I. Presbytero 23 Turon. [c. an. 1281. Romam in Galliam.]

Si actor agente petitorio, reus super eadem re deducit possessionem, proceditur in solo possessorio, suspensio petitorio.

EX conquestione B. mulieris 24 ad nos noveritis pervenisse, quod cum C. Miles eam sibi matrimonio copulasset, & maritali affectione pertractus, ex ipsa filiam suscepisset: sine iudicio Ecclesiae à se removit eandem, & de accusando super consanguinitate matrimonio, remoto appellationis obstaculo, literas ad Judices 24 impetravit. Cum autem prius quam à Judicibus mulier citaretur, per decessum Episcopi virum sibi restitui petisset, & ob hoc ad nos proprium nuncium destinasset; demum coram praefatis Judicibus constituta, modo per se, modo per procuratorem, ante ipsius causae ingressum, & post, virum sibi restitui postulabat. Judices vero, restitutione denegata (quod fieri non debuit) in principali procedere 25 voluerunt; unde ipsa nostram audientiam appellavit: [Et infra a.] Mandamus, quatenus si ita est, mulieri virum restitui faciatis, quae post appellationem 6 ipsius acta sunt, in irritum revocantes: postmodum super matrimonio causam audiat, & sine Canonico terminetis.

Quia ergo injustè gravatis Apostolicum debemus patrocinium impertiri, dist. v. p. a. f. P. 17. 23 Presbytero. Archiepiscopo, aliàs Capicerio, Gallicè Chevecier, vel Canonico. Haec Decretalis citatur integra in cap. 13. inf. 24 Literas ad Judices. V. C. ad Decanum Aurelianensem, & Abbatem S. Evurtii. Sic legitur ex taxis tribus benefic. Ord. S. Bened. 25 Vide ad huc Abba.

XI. CELESTINUS III. [c. an. 1192. Romam.]

Violentus rem, cum fructibus etiam qui percipi potuissent, restituere, damna restituit, & de injuriis satisfacere compellitur.

Gravis 26 ad nos querela: Et infra. Mandamus, quatenus si vobis constiterit de praemissis, praedictum Archidiaconum 25 ablata praenominati 26 monasterii Fratrum cum integritate restituere, damna plenariè restituit, & de illatis injuriis competenter satisfacere compellatis 27, provifuri ut non tantum fructus à novo & violento possessore perceptos, sed quos (si eis possidere fuisset licitum) possessores veteres perceperunt, reddi faciatis eidem.

Cap. 8. eod. tit. in 1. Compil.

Hic legitur, noluerunt, cui repugnat & sensus & ferries hujus cap. nam cum Judices restitutionem negassent, & de facto procederent, ipsa appellavit. 25 Vide ad huc Abba.

Cap. 5. eod. tit. in 11. Compil. 26 Vide l. r. §. qui autem cum §. seq. ff. de vi, & vi armata.